



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris.
Theologia Universa**

Archdekin, Richard

Dilingae, 1687

De Jure Et Justitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38477

festo aut Dominico. *Non licet* 1. Clericis manu propria pugnare. 2. infideles v.gr. Turcas aut Judæos in Societatem Belli adsciscere. 3. Hostem fallere mendacio, sed bene aliostragemate indifferenti.

DUELLUM, quasi duorum bellum, definitur duorum vel paucorum pugna ex condicto suscepcta. *Licitum* est quando illud honestat causa rationabilis, ut est necessitas ad sui meram defensionem, vel aueritas Principis, aut Ducis exercitus illud mandantis, aut permittentis ad bonum commune v.gr. ad retundendam hostium jaestantiam, ad propriorum Militum amicos excitando necessarium, quale fuit duellum Davidis cum Goliatho quod in Scripturis laudatur.

Ilicitum est duello certare, 1. Ad tuenda fortuna bona, pro quibus non licet certo periculo exponere vitam, quæ est bonum Superioris ordinis. 2. Ex mandato etiam judicis illud damnatis ad mortem imperantis. 3. Non licet provocato sifere in loco condicto provocanti ex intentione se cumillo reconcandi, & nullo modo pugnandi nisi ad vita defensionem cogatur, sic enim lex contra duellantem facile eluderetur. 4. Non licet ad virium ostentationem. 5. Ad veritatis indagationem. 6. Ad vitandam infamiam ex stulto mundanorum judicio in recusando duello consistentem.

Pena Ecclesiastica sunt, in duellantibus, Excommunicatione, & privatio sepulturæ in loco sacro: *Civiles* penæ sunt, Bonorum confisio, Exilium, Suppli-
cium mortis iuxta leges infligendum.

SCANDALUM est, quod præbet occasionem peccandi: *Actuum* est, quod procedit ab actu scandalizanti: *Passuum* est, quod ab activo illo oritur: *Datum* scandalum, quod de se præbet occasionem peccati: *Acceptum* est, quod accipitur ex actione de se non nata illud caufare, sed potius ex alterius infirmitate non rectè judicantis. Certum est *scandalum attivum* esse grave & speciale peccatum *Math. 13. &c.* Ratio est, quod sit intrinsecè malum & Charitati repugnans, præbere se alteri caufam peccati, sive hoc intendatur formaliter, sive solum interpretativè peccati alieni caufam ponendo.

Peccarum scandalum ad peccatum inducivi *duplicem habet malitiam*; unam contra virtutem illam cui repugnat peccatum quod causatur; alterum contra Charitatem proximi: utraque malitia est in confessione explicanda cum numero & conditione personarum que in scandalum inducuntur.

Non censetur tamen in scandalum inducere quia-
teri *determinato* ad grave peccatum suader ut potius peccatum aliud levius, sive *minus noxiu[m]* committat, si nequeat aliter à graviori averti; uti docet *Vasquez, Sanchez, Tarrianus, Contra Cajetanum, Layman, Valentianum*. Quia sic non tam malum, quam recessum à majori malo suadere censetur.

QUÆRES specialiter, Primo Quinam sunt *Effe-
ctus Charitatis* quoad *actus internos*?

Repf. Tres communiter assignantur. 1. *Gaudium* internum, de praesenti bono, cultu, gloria, propagatione divini honoris in quocumque genere materia. 2. *Pax*, sive *confermitas* interna voluntatis nostræ cum divina. 3. *Consistit in misericordia*, sive *displi-
centia* interna miseria alienæ ex motivo Charitatis. Sunt etiam alii Charitatis effectus interni, v.gr. *odium* cuiusvis mali quod Deo opponitur: *Tristitia* de eodem: Boni divini desiderium, zelus, spes, & ad pro-

movendum audacia. Horum enim singula à vera Chari-
tatis motivo & habitu procedunt.

Quæres 2. Quinam sunt Charitatis *Effectus externi*?
Repf. Assignari Charitatis effectus five opera, *Se-
ptem corporalia*, & *Septem spiritualia*, quæ his duobus
versibus aptè comprehenduntur, primo versu corpo-
ralia, secundo spiritualia.

*Visito, Poto, Cibo, Redimo, Tego, Colligo, Condo,
Consule, Castiga, Solare, Remitte, Fer, Ora.*

DE JURE ET JUSTITIA,

DE præcipuis hujus materia *Quæstionibus tractauis* in hoc Opere Tomo II. Tract. I. *De Peccatis* quomodo favent dubitant: Et præcipue Tract. V. cap. *De homicidio, mutilatione, furto, rapina. Item, de con-
tractibus in genere & specie*, Ibid. cap. 8. & seq. *De restitutione* cap. 14. *De iudice, advocate, teste*, Ibid. *juris Canonici & civilis Regula, Ordo, Materie, & Ar-
tus in singulis*, Tomo II. in fine. *Paucæ alia, præfema
speculativa, quæ portò desiderari possint, ordine Schol-
arum confecto hic luppeditantur.*

CAPUT I.

*De Iuri & Injustiæ Natura, Divisione, objecto,
subjecto, Dominio, Prescriptione.*

JUS, pro lege, est præceptum permanens auto-
ritate legitima latum ad bonum commune. Dini-
ditur in *fus naturæ*, quod natura omnia animata
docuit, *fus gentium*, quo gentes humanæ utuntur,
& in *Jus civile*, quod quicunque populus sibi con-
stituit, vel immediatè & per se, vel mediatè per *fus*
Principem, sive *fus* communitatæ legitimum legis-
torem.

Jus sumptum pro potestate, est potestas legitima,
hoc est, aliqua lege concessa, ad rem aliquam ob-
tinendam, vel ad aliquam functionem, aut qualifi-
cationem, cuius violatio injuriam constituit: quis
explicatur per varios titulos injuriam constituents,
si potestati legitime aliquid constituenti non faciat.

Jus in re, dicitur, quod adhæret rei sic ut *res ipsa*
sit obligata & pariat actionem realē, id est, adren
à quocumque possideatur sibi vindicandam. *Jus ad*
rem non obligat ipsam rem, sed personam ad aliquod
tradendum, vel praestandum, adeoque solum parta
actionem ab ipsa persona, non autem rem sibi vindicandi.

JUSTITIA prout est virtus moralis, una ex qua-
tuor Cardinalibus, de qua hic, est voluntas ius sum
cuique tribuendi constans & perpetua, non quoad ef-
fectum seu durationem, sed quoad affectum exten-
denter se ad omne tempus. *Objectum* eius mate-
rialis est justum strictè, sive commensuratum juri al-
terius; *objectum formale* est honestas relucens in redi-
ctione debiti ad aequalitatem: omnis enim virtus
moralis motivum formale est honestas relucens in eius
objecto materiali ut conformi commercio, regule,
& dictamin naturæ rationalis.

Differt igitur *Justitia* ab aliis *virtutibus moralibus*,
1. Quod illa hominem ordinat ad alterum, alia vero,
hominem ordinat ad seipsum: 2. Quod illa ver-
setur præcipue circa actiones externas, alia primario,
& per

& per se circa passiones ordinandas. 3. Quod illa spectet medium rei, id est, aequalitatem cum jure alterius, alioz medium rationis, quod petitur per ordinem ad conditionem personæ operantis, ut temperantia qua variam præscribit potus & cibi mensuram pro varia hominum complexione & dispositione in particulari, quæ in omnibus non est eadem, aut æqualis, utin obiecto justicie.

Justitia strictè dicta dari potest patris ad filium in ordine ad filii bona, ut est fama, & alia patris potestati non subiecta: datur etiam filii ad patrem, Dominum ad servum, si spectentur non formaliter qua tales, sed materialiter præcisè, quatenus sunt homines. Non darur iustitia Dei ad hominem: Quia omne jus hominis subest potestati ac dispositioni divinae: unde si per impossibile Deus promissa homini non servaret, peccaret tantum contra fidelitatem, & veracitatem.

Dreditur Justitia in legalem seu generalem, & particularem: Hec subdividitur in commutativam, & distributivam: Legalis inclinat hominem, qui est pars communitatis, ad praestanda omnia, quæ sunt legibus constituta ad bonum commune. Est haec virtus specialis ab aliis distincta, cum habeat pro objecto formalis honestatem specialem relucentem in eo, quod pars communitatis ei praestet, quod à parte quæ tali debito est ad bonum commune debite conservandum.

Justitia commutativa dirigit partes communitatis in communicationibus & ceteris actionibus, quibus inter se communicant, ut in us ponatur aequalitas rei ad rem. Distributiva est, quæ totum bene disponit ad partes in ordine ad distributiones commodorum & onorum communium, ut in iis servetur aequalitas proportionalis, id est, proportionis rei distribuendæ ad personarum dignitatem, aut aliam qualitatem. Utique dicitur Justitia particularis, quia respicit bonum particulare privatorum. Legalis à contrario dicitur generalis: Differunt in eo, quod commutativa respiciat jus strictum, distributiva minus strictum. Justitia vindicativa inclinat Judicem & Principem in quibus ea residet ad puniendos malefactores pro ratione delicti commissi in foro præsentim extero.

DOMINIUM est jus reale gubernandi, vel disponendi de re aliquâ ut suâ. Aliud est Dominium *Jurisdictionis*, quod est potestas gubernandi suos subditos, vel in temporalibus & dicitur politicum, vel in spiritualibus, & dicitur Ecclesiasticum. Aliud est Dominium *Proprietatis*, quod est jus disponendi de re aliqua tamquam suâ in proprium' commodum: Subdividitur in *perfectum*, quod à Juristis definitur jus perfæcti disponendi de re corporali, nisi lege prohibeatur; & Theologis jus in re o[mn]e ejus usum nisi lege prohibeatur; & in *imperfectum*, quod habet vel proprietatem rei sine emolumента, & dicitur *direatum*; velemolumenta sine proprietate & dicitur *utile*. Tale habet usufructarius, eo quod. v. g. fundi, domus, aut alterius rei usum & fructum habeat sine Domino, quod remanet penes illius rei Dominum directum.

Dominium *Altum* est Principis in bona subditorum ad bonum commune: *Bassum* est civium in sua bona subordinatum Dominio Alto Principis, aut Reipub. legitime.

R. P. Arsdek. Tom. II.

Ut acquiratur *Dominium rei*, quæ antea nullius erat, sufficit sola ejus apprehensio. Nam quod nullius est, occupanti jure conceditur; Si alicujus erat, requiritur titulus, & ordinariæ traditio; quæ cum non requiratur jure naturali, juxta quod sufficit mutuus consensus signis externis expressus, sed solum jure civili, non est traditio requisita in variis casibus jure ex pressis, uti 1. in beneficio Ecclesiastico solâ collatione & acceptatione, etiam absenti, sine traditione. 2. Hæres sola additione hereditatis fit aliorum bonorum Dominus, & Legatarius Dominum rei legatæ determinatae acquirit. 3. In donatione aut venditione facta Ecclesia, Civitati, aut P[ri]ori locis.

U[er]sus est, jus utendi re alienâ, sine jure percipiendi ejus fructum ab illius usu distinctum. Hinc qui habet usum v. g. equus, eâ uti potest ad arandum, non tamen de ejus pullo sibi vel alteri disponere.

U[er]sus fructus est, iurisdictionabiliter utendire alienâ salvâ ejus substantiâ, & percipiendi fructus ejus; quales in fundo sunt segetes, & in animalibus lac, lana, fructus, pretium locationis &c. Non potest usus fructus alteri vendi aut donari absque consensu proprietarii, sic ut alter proprii fiat usufructarius; potest tamen alteri vendi omnis ejus utilitas. Constituitur ordinatione, & dicitur legalis ex privatâ dispositione, & inde conventionalis.

Finitur usus fructus, 1. Morte naturali usufructuarii, 2. Morte civili, 3. Destructione rei, 4. Prescripitione, 5. Cessione usufructuarii, 6. Si usufructarius in hereditate fit prolapsus, ut iura declarant.

U[er]sus juris lati, distinguitur à Dominio in rebus unicu[m] usu ad suum finem proprium consumptilibus, qualia sunt alimenta: Imò defacto in Franciscanis à Dominio separatur.

Id convincit Pontificum auctoritas, præsertim Nicol. III. qui ait, Franciscanos nihil posse libi aut Ordini acquirere, & Dominium rerum ipsis donatarum, vel retineri à concedentibus, vel transferri in Pontificem. Idem manifestat ratio. 1. Quia non est cur repugnet ralem usum separari à Dominio. 2. Quia re ipsa separatur in singulis Religiosis cuiusvis Ordinis, & in conviviis, ubi singuli habent usum cibi ipsis appositi, non tamen Dominum, ut de illo in ordine ad alios disponant.

Ad *objectiones* in oppositum de Joanne XXII. aliisque.

Resp. Joannes XXII. docuit quidem contrarium, sed tantum ut Doctor privatus. S. Thomas non adversatur, solum enim vult in mutuo non posse separari usum à Dominio rei mutuant in ordine ad recipiendum aliiquid supra fortem, scil. accipiendo pretium aequalē forti pro ejus Domino, & auctarium pro illius usu. Donans Franciscanis privatè propter Christum omni commodo rerum donatarum, ac proinde, et si illis non det rei Dominum, sed solum usum, non minùs meretur, quam donans alis Religiosis, sed potius amplius, eo quod donet illis qui ex illo titulo, & suo instituto sunt pauperiores.

POSSESSIO est, detentio rei corporeæ, corporis, animi, & Juris administriculo. Possessio *Facti* est actus possidendi: Possessio *Juris* est jus insistendi rei ut sua. Possessio *Naturalis* est quâ res corpore & animo retinetur, ut dum quis insistit corporali detentioni alij cujus rei tamquam sua: *Civilis* possessio est, quâ res corpore & animo retinetur. Dicitur *retinetur*, quia

F requiri-

rsde
kin

re-
ogia

p. 14

Secunda II. Cap.I. De Juris & Justitiæ Natura.

requiritur adminiculum corporis ad possessionem inchoandam, non ad eam continuandam, quia illa continuatur eis alteri possidenda committatur.

Acquirunt posseffio apprehensione verâ, id est, manus, aut pedibus; facta, id est, traditione signi indicantis Titulum possessionis. Amittitur posseffio voluntate possefforis, rapinâ, furto, diuturnâ absentiâ, ut si in quibusdam per decennium posseffor, nec per se, nec per procuratorem insistat rei sibi vindicanda.

Posseffio Bona Fidei adfert varia legitimi Juris commoda: Quia 1. parit præscriptionem. 2. Jus in dubio rem retinendi, quia melior est conditio possidentis. 3. Tribuit posseffori jus rem suam quamdiu possessionem retinet, contra invasores etiam armis defendi, ex jure prevalente ratione Tituli possessionis.

Natura intellectualis omnis & sola, est capax Domini, seu potestatis moralis de re ut suâ liberè disponendi. Dens habet Dominum omnium creaturarum perfectissimum, utpote fundatum in ratione primi principii, adeoque à se inabdicabile, & creaturis incomunicabile. Angelî habent Dominum suarum actionum liberarum. Homines insuper terreni externalium suâ potestati subiectarum. Pueri & perpetuo amentes, sunt capaces Domini, saltem proprietatis: Quia quantum est ex naturâ suâ, habent potestatem de rebus, ut suis disponendi, licet per accidens impeditam ab usu exercendo per seipso, quamvis per alios capaces eam exercere possint.

Filiifamilias, id est, subiecti patris potestati, habent plenum Dominum bonorum castrorum, id est, acquisitorum ratione militiae, & quasi castrorum, ratione officii publici, v. g. advocati, medici, &c. aduentiorum, id est, acquisitorum v. g. inventione thesauri, ratione operis extraordinarii, donatione, non intuitu Patris, solam habent proprietatem, non usum fructum: profectorum verò, id est, ex bonis patris quovis modo proficiscentium, nec Dominum habent, nec proprietatem.

Egrediuntur filii familias è Patria potestate, 1. Per mortem patris naturalem aut civilem. 2. Per emanationem coram judge. 3. Per lapsum patris in heresim. 4. Per promotionem filii ad certas dignitates. 5. Per matrimonium, & variis locis per ætatem 25. annorum, & pro varietate legum particularium.

Potest homini competere Dominum in alterum hominem, non solum iurisdictionem, sed etiam proprietatis. Constat ex Scriptura approbante jus Domini in servum Exodi 21. Levit. 25. ad Ephes. 5. Unde servitus est tantum contra naturam hoc sensu, quod homo seclusus extrinsecis nascatur liber, non verò hoc sensu, quod Dominum in hominē sit contra legem natura: Dofinium tamen hominis in hominem non est tam plenum, quam in res alias ab homine distinctas: alias enim res potest absque ullius injuriâ destruere, non hominem. Quia tamen Dominus habet jus in omnia servi externa opera, & in ejus personam pro libitu retinendam vel alienandam, dicitur simpliciter Dominus sui servi ratione iustius potestatis.

Homini non competit Dominum sua vita, & membrorum; Ita Lessius aliquie, contra Ledesma &c. Quia vita, utpote substantia hominis, est fundamentum omnis Domini, ideoque non cadit illa sub Dominum hominis, sed solius Dei, qui est principium omnis substantiae.

Habet tamen homo Dominum urbe sua libertatis, vitæ, ac membrorum: Quia eorum est custos à Deo constitutus, & velut usufructarius, ac proinde potest de illis in suam & alterius utilitatem disponere, etiam per venditionem. Est Dominus etiam fama sua: Malderus, Lessius, Contra Cajeranum &c. Quia per se loquendo potest seipsum ex causa rationabilis infamare, licet per accidens subinde id non possit absque peccato, etiam mortali: quando nempe ejus infamare dundaret in grave detrimentum tertii. Maledus, Sylvestr. &c. putat esse mortale suam famam prodigere: solum esse veniale censet Sorus, Navarrus, aliquie.

Quoad Dominum in animalia, &c. sic Theologici tuunt communiter.

Animalia fera & silvestria, quæ anteā nullus fuerunt, vel si aliquis fuerint, naturalem libertatem recuperarunt, sive primò occupant, sive in proprio fundo capiantur, sive in alieno: Non tamen animalia de se mansuetæ & domesticæ, & fera usi mansuetæ; hæc enim licet longius aberrent, quamdiu resident confuetudinem redeundi, sunt sui Domini, que restituenda si capiantur. Hinc supposita gravitate materiæ, qui alienas columbas occidunt, aut illico brisad sua columbaria aliciunt, peccant graviter, & ad restitutionem obligantur, si ipsa materia sit gravis.

In venatione, si fera ab uno vulnerata sit adeò leniter ut fugere possit, est alterius eam capientis: item ita laqueo sit irretita, ut evadere non possit, naturaliter amisi libertatem, adeoque non est alterius illam eximentis, sed illius quilaqueum posuit. Quia haec per suum instrumentum illam quasi manu apprehendit: uti etiam pater ex I. in laqueum. ff. de aqua. Dominio.

Licita est, simpliciter loquendo, venatio in fundo alieno aperto: Quia cum fera non sint pars fundi, ut arbores, nec in eo amiserint naturalem libertatem, non pertinent ad Dominum fundi: adeoque nullius sunt, & consequenter, primò occupantis: nisi obstat Principis aut Dynasta justa prohibito. Si iugulata venationis prohibito ad nihil obligat.

Fodina salis, carbonum &c. sunt Domini fundi: Quia sunt fundi pars. Venas metallicas sibi servant Principes pro necessitatibus publicis. Tresaurus, qui definitur versus depositio pecunia, cuius non extat memoria, sive naturali est inventoris, uti & jure communi si inventariatur in fundo proprio: si in alieno ex dimidio est inventoris, & Dominus ipsius fuit. Colligitur ex §. thesauris, instit. de rerum divisione in jure civili.

PRÆSCRIPTIO, seu usu capio, est acquisitionis Domini per continuationem possessionis temporis lege definiti. In rigore Juris Cæsarei est eadem que exceptio, quæ est oppositio quâ actori litem intendenti, manente litis fundamento, quidpiam opponit ad ejus actionem repellendam donec exceptione satisfaciatur.

Legitima prescriptio transfert rei Dominum, etiam in conscientiâ, id est, sic ut tibiliceat rem retinere, quamvis finita prescriptio deprehendas eam prius fuisse alienam. Fit quidem hæc Domini translatio cum alterius jactura, sed absque ullius injuriâ. Ejus honestas & justitia fundatur in potestate Reipub. habentis jus disponendi de bonis privatorum ad bonum commune, uti in praesenti casu, ut obvietus litibus, confusa.

Secunda II. Cap. II. De Contractu in genere.

43

consulatur paci, & ne rerum Domina ferè semper maneat incerta propter titulorum allegandorum varietatem que contingere potest post longum temporis decursum.

Dices, res que per sententiam materialiter iustitiam aliqui adjudicata est, non potest recineri post deprehensam sententiam iustitiam: Ergo nec per dictam prescriptionem, si res postea deprehendatur aliena.

Res. Disparatorem esse, quod judex sententiam fendo non conferat jus, sed tantum declarat quis videatur jus habere: at Princeps legibus prescriptionis verè conferat jus praesentienti propter causas boni communis jam assignatas.

CONDITIONES ad prescriptionem legitimam requesta sunt. 1. Possessio civili, & talis sufficit. 2. **Bona Fides**, qua est credulitas, quæ quis putat rem esse suam, aut faltem nescit esse alienam. Requiritur illa toto tempore quo currit præscriptio, sic ut interrumptur definita bona fide, quæ non definita est post tempus prescriptionis deprehendas rem fuisse alienam, ut dictum est. Quia tunc certus es rem legitimè factam esse tuam. 3. Requiritur **Titulus**, in est matione justus, sine quo stare non potest bona fide, non tamen re ipsa justus: quia hic per se transferret Dominium. 4. **Tempus** legi statutum quod varum est, scil. **Breve**, id est, 10. annorum; **longum**, vell longum, id est, 30. aut 40. annorum; vel **immemorabile**, id est, cuius initium non extat memoria etiam apud illos qui senes sunt, quorum memoria ad antea tempora magis extenuatur.

Dubius an res sit sua, non est possessor bona fidei, adeoque non prescribitur, nisi dubium supervenerit possessioni inchoate bona fide, cum persuasione, quod non obstante tali dubio sibi licet illam retinere, ex eo quod sit melior conditio possidentis. Si vero dubitet, an sic possit eam retinere, eò ipso definita esse possessor bona fidei: Cum non licet operari ex conscientia dubia perseverante, sive non tñtē deposita.

Mobilia privatorum prescribuntur triennio: **immobilia** longo tempore. Contra Ecclesiam, Civitatem, Fidem prescribuntur Tempore longissimo: **Servitiae** meæ personales, ordinariæ prescribuntur ut res immobiles. Libertas à Servitio mancipii prescribatur saltu mannis 20. **Beneficium Ecclesiasticum** sine titulo non prescribitur; cum titulo colorato prescribitur certo tempore. Qualibet **Debita** prescribuntur anni 30. Si res hypothecata bona fide possideatur à debitorum, actio hypothecaria extinguitur post annos 40. si vero ab extraneo, post 10. annos inter praesentes. Res fisci & furvae non possunt prescribi prescriptione ordinariæ; Res sacrae nullo modo prescribi possunt: Horum singula in iuribus fundantur, & ad Juristas principiū pertinent.

CAPUT II.

De CONTRACTU in genere, requisitis ad valorem illius, Promissione, Donatione, Deposito, &c.

CONTRACTUS est pactum mutuam obligacionem pariens; **Pactum** autem est duorum plurius in idem consensu signis externis expressus. De quore resolutiones particulares hic traduntur Tom. II. Tract. V. cap. III. & in reliquo decursu ibidem.

R. P. Arfdekk. Tom. II.

Contractus dividitur, 1. Ex parte modi quo perficitur in quatuor species: Prima perficitur tradizione, ut mutuum. 2. Scriptura, ut emphyleuis. 3. Certa verborum formula, ut stipulatio. 4. Solo consensu reciproco exterius expressio, ut emptio &c.

Dividitur 2. in **gratuitum & onerosum**, hic utrumque, ille ex una iolùm parte obligat. 3. In contractum **nominatum**, qui habet in jure nomen specificum, ut emptio; & **innominatum**, qui caret nomine proprio, ut permutatio. 4. In contractum **bona fides**, & stricti juris: 5. In **nudum**, qui nullum à jure civili habet firmamentum quo pariat actionem in foro externo, ut simplex promissio acceptata, & in vestitum, qui habet ejusmodi firmamentum, ut emptio. Pactum nudum obligat in conscientia, quia licet jus civile illu non assistat ei tribuendo actionem, illud tamen non irritat, adeoque retinet vigorem, quem habet ex natura rei, inducirque obligationem in conscientia, ad quam sufficit consensus mutuus externis signis sufficienter expressus, quorum singula ex Tex. i. bus Juris fusiūs confirmantur.

In Contractibus, Error vel dolus, qui non versatur circa rei substantiam, nec est antecedens, nullo jure contractum irritat, nec debet inde rescindi. Item, si error, vel dolus dans causam contractui non sit à parte contrahente, sed ab aliquo tertio, vel à proprio similitudine eius qui decipitur, Contractus est quidem validus jure naturæ, cum habeatur consensus substantialis, est tamen rescindibilis. Quod si in casu Doli aut Erroris circa rei qualitatem contrahensolum consentiat sub hac conditione, si non decipiar in rei qualitate, Contractus est jure naturæ nullus; Quia non habetur consensus absolutus, sed solum conditionatus, ideoque conditione illa non subsistente, Contractus censeri debet invalidus.

Contractus **dere turpi nondum impletæ**, non est absoluè validus, sed rescindi debet. Quia nemo potest teneri ex iustitia ad peccatum.

Implexo tamen opere turpi jure naturæ obligare in conscientia probatius videtur: quia epus malum quatenus est vel ementi utile, vel facienti laboriofum, est pretio estimabile, licet non quæ malum. Ejusmodi tamen contractus **jure civili** sunt invalidi, quo non obstante retinent vim obliganti in foro conscientie. Quia leges civiles, quando nihil obstat, ita sunt intelligentiae, ut non derogent juris naturalis dispositioni.

Non esse tamen obligationem solvendi pretium eriam post opus turpe præstitum, docent **Navarrus** C. 17. n. 4. **Durandus** in 3. d. 39. **Joas. Medina** Cod. de restituzione: **Comitulus** reponsonum moralium q. 5. **Joan. Valerius** in differentiis utiusque fori Verbo promissio: quos refert & sequitur **Diana** I. Tom. 2. P. Tract. 2. **Miscellaneo** resolut. 40. dicens esse sententiam probabilem, & practicè tutam. Citat eisdem accuratè **Lugo de Justitia** Disp. 18. Sec. 3. N. 58. & 59. unde non est sententia solius Navarri, uti **Vasquez** indicare videtur.

Illi omnes & soli possunt contrahere, qui habent liberam rei administrationem, quæ in contractibus principiū spectatur. **Infantes** in jure dicuntur qui sunt septenno minores, qui nequid expleverunt annum pubertatis, id est, respectu masculorum 14, respectu feminarum 12. **Puberes** vero qui illos annos expleverunt, idque ex juris dispositione constitutum est.

F 2

Pupilli

Isde
kin

theo.
ogia

D. IV

Prima II. Cap. II. De Contractu in genere,

Pupilli sunt impuberis, qui desierunt esse sub patria potestate, sive emancipatione, sive morte parentis. *Minor* dicitur, qui nondum explevit annos 25. *Major*, qui cum explevit: *Filius familiæ* qui est sub patria potestate. Pupillo datur tutor etiam invito; minori datur curator, sed non illi invito, sicut datur pupillo etiam si invitus.

Etsi contingat ut *Minor caret Curatore*, validè tam contrahit tam ex parte sua, quam ex parte alterius, tam civiliter, tam naturaliter: ei tamen, si laesus sit, conceditur restitutio in integrum. *Minor habens curatorem*, & pupillus puberat proximus, contrahentes absq[ue] tutoris, aut curatoris auctoritate, validè contrahunt in suum commodum, non in suum incommode: alterum sibi obligant civiliter, & naturaliter, se vero non civiliter: an autem naturaliter controvenerit utrumque probabilius: unde licet in præsentia sibi magis faventi se conformare. Hinc illud iuri axioma, *Contractus reciprocus non claudat*, id est, obligat utrumque, patitur exceptionem in contractu pupilli cum majore.

Juramentum non firmat *Contractus* jure nature invalidos; quia nequit illud firmari, quod in se non existit: inducit tamen, per se loquendo, obligacionem servandi contractum ex virtute Religionis. Confirmat quoque *Contractus* in validos jure positivo, non directe illis propriæ per se tribuendo vim obligandi ex justitia, sed indirecte ex legum dispositione, tollendo remedium juris, vi cuius *Contractus* illi erant rescindibiles, quo sublatio eorum obligatio redditur firma, & irrevocabilis etiam respectu fori externi. Ita *Molina, Conradus, Sa, & Sanchez* plures alios referens, *Contra Marianam, & paucos alios*.

PROMISSIO formaliter est signum practicum exercitè declaratorum voluntatis efficacis se obligandi: per quod differt à simplici *proposito* solum dicente voluntatem faciendo, non ad id se obligandi. Differt à *Stipulatione*, quod hæc sit pactum vestrum includens certam verborum formulam; & à *Pollicitatione*, quod hæc non includat acceptancem, quam includit *Promissio* strictè sumpta; & à *Donatione verbali*, quod hæc de se det jus in re, *Promissio* autem solum jus ad rem concedat, ut *Promissarius* possit de ea promittentem convenire.

Si *Promissio* sit *merè interna* homini facta, nullo jure obligat ex pacto. Quia cum non sit exterius declarata non potest acceptari, quod necessarium est fieri ut *Promissio* obliget. Neque obligat ex veracitate aut fidelitate, cum ex eo quod *Promissio* interna non servetur, nulla sequatur falsitas respectu hominis; quamvis obliget facta Deo, ut pote cordis, & actus interni inspectori. *Promissio* igitur etiam interna supra nudum propositum, addit radicem & inchoationem obligationis, non ipsam obligationem.

Dicit, Tota vis in *Contractibus* oritur à voluntate interna, ergo per se illa obligat.

Res. ab ea oriri radicaliter & principaliter, non tamen totaliter. *Promissio* enim interna est quasi lex privata, quam quilibet potest sibi imponere, sed directe & iusta tantum, non alteri obligatoria. Ita *Sanchez, aliquique communiter*.

Promissio merè Externa absque animo se obligandi, nullam inducit obligationem ex justitia. Quia hoc onus non potest suscipi, nec jus in alium transferri absque advertentia & perfecto consensu ad alienandum

requisitis: inducit tamen obligationem ex veracitate & fidelitate. Verba quidem infamatoria sine intentione infamandi, immo inadvertenter prolatæ, habent suum effectum, scilicet lesionem famæ, leuis verba promissoria, quæ præter intentionem prolatæ nihil efficiunt. Ita *Lugo, Sanchez, aliquique, contra Turrianum*.

Externa etiam talis promissio non obligat jure naturali ante acceptationem, 1. Quia omne pacium essentiliter est duorum aut plurium consensus. 2. Quia omnis promissio fit sub hac tacita conditione, si alter accepit, non obligat etiam jure civili, aut canonico, saltem regulariter, quod additur, quia sunt quedam pollicitationes jure civili irrevocabiles, quales sunt factæ Civitatis, Ecclesie, &c. Ita fuius de his, *Sanchez, Lessius, aliquique communius*, contra *Sylv. & Molinam* quod jus naturæ.

Promissio facta præsenti, debet in continentis, vel quisi in continentis acceptari: quia promissor, non potest prudenter conferi velle suum consensum tenere suspicere. Facta absenti debet acceptari coram notio verbis ad ipsum nuntium directis, vel litteris ad differentem destinatis, ut sic eorum voluntates in eamdem moraliter concurrent cognoscantur.

Non acceptatur *Promissio* validè post revocationem offerentis, si promissionem nuncians habeat lementum nuntius: si tamen habeat se ut procurator, aut mandatarius, id est, sic ut habeat curam, non solum annuntiandi promissionem hic factam, sed illam istuc faciendi coram promissario, nomine promissoris, validem acceptatio post revocationem, modò hæc nec numeris nec ipso promissario innocuerit: si enim innotuerit acceptatio pro nulla habeatur. Fundantur hæc in iure, si mandatum 15. ff. mandati, &c.

Validè acceptat pro absente, 1. Qui ad id speciale habet communionem, 2. Qui ita est sub promissione potestate, ut non sit sui iuris, 3. Qui illius curam gerit, ut parentis filii. 4. Qui ex promissione commodum reportat. 5. Quilibet privatim pro Ecclesia.

Promissio facta absenti legitimè acceptata, etiam promissore vel promissario ante ratificationem mortis, valida est: unde non potest revocari per hæredes promissoris, sed contra potest ratificari per hæredes promissarii; quia obligatio illa promissoris transit ad hæredes.

Simplex etiam Promissio suæ naturæ reliqua, legitimè acceptata, obligat ex justitia, & quidem in materia gravi sub mortalitate. Ratio est, quod per promissionem detur promissarius verum jus ad rem. Potest tamen ex intentione promittentis solum obligare fidelitatem, vel ex justitia solum sub veniali. Qui obligatio promissoris, potest pro ejus libitu limitari, cum ab ejus voluntate dependeat. Ita *Navarrus, Lessius, aliquique communius*.

Invalide sunt jure naturæ promissiones quæ per se præbent occasionem peccandi, ut si volenti peccare promittas non ipsum accufare. Item, quæ tollunt libertatem de rebus suis disponendi, ut si promittas te non facturum aut non revocaturum Testamentum, & similia quæ in jure dicuntur contra bonos mores, nempe clementer.

DONATIO est datio liberalis: *Antidotalis donatio* dicitur remuneratio ex gratitudine, inter vivos est absolute, & irrevocabilis: *causa mortis* non est absolute, sed condi-

conditionata & revocabilis. *Donatio perfecta* est, quæ sit cum rei traditione, *imperfecta* quæ sit solum verborum officio. *Donatio pura* est quæ caret modisficatione, *secus qualificata*, quæ est quintuplex, scil. donation in diem, conditionalis, modalis, causalis, & demonstrativa.

Uxor, & filii familias, & minorenies, regulariter loquendo, non possunt donare propria auctoritate; possunt certis casibus, v.g. uxor potest dare de bonis propriis ut de paraphernalibus, & de communibus facere largitiones moderatas; imo & extraordinariæ ad sustentationem proprietum parentum, aut liberorum ex altero coniugio egenitum: plus potest maritus, cum habeat bonorum administrationem: si tamen excedat cum notabilis damno uxoris peccat mortalius cum obligatione restitutionis.

Prelati Regularium possunt moderatas facere Eleemosynas, donationes in causis piis, & remuneratores largitiones moderatas, non tamen in usus profanos v.g. ad ditandos parentes: quod si faciant in re gravi regulariter, peccant mortaliter, & donatarii tenentur ad restitutionem: Quia bona Monasterii non sunt Praetorum, sed Comunitatis, quæ in ejusmodi largitiones nullo modo consentit, imo nec consentire potest, cum in hoc resistant Canones, & specie littera Bulla Clementis VIII. edita anno 1594.

Religiosi, quibus ratione officii v.g. *Procuratoris* competit aliqua administratio, *ordinarie* possunt modicas facere donationes; quia pro his presumunt facultas ex sacro Superiorum consensu.

Donatio simplex & liberal s' inter Conjuges jure communi est invalida, & revocabilis pro arbitrio donantis: firmatur tamen juramento, & morte donatoris res sic tradita ante illius mortem. *Donatio Patri* fidei filio familiæ regulariter est invalida, matris validâ, quia filius non est sub potestate Matris.

Donatio Fili facta Patri & Matri de bonis castris est valida. *Donatio inter vivos omnium bonorum* est invalida jure civili. *I. Cod. de iusuit.* Quia donatorem privat potestate testandi. Item, donatio ultra 500. solidos, qui æquivalent 700. vel 800. scutis estimando scutum 50. assibus nostratibus; sed hoc jure civili, & pro illo tempore quo tunc pecunia erat carior.

Donatio causalis non subsistente causa *principalis* propter quam sit, est invalida, adeoque donatarius tenetur ad rei donatæ restitutionem: Quia talis donatio non sit nisi sub hac conditione, si causa subsistat: secus si solum deficit causa *secundaria* & impulsive, Quia eo casu stat absolutus donatoris consensus in substantiam donationis. Ita *Auctores communis. Sed de donatione plura præctica & particula*ri tradantur infra de Contractu Tract. V. cap. 9.

DEPOSITUM pro contractu, est contractus gratuitus quo quidam alteri custodiendum traditur donec repetenti reddatur: sumptum pro re, est id quod custodiendum traditur &c. *Sequestrum* est species depositi quo res litigiosa apud tertium deponitur; quod subdividitur in voluntarium, quod sit ex compromisso litigantium, & in necessarium, quod sit auctoritate judicis. *Precarium* pro re est id, quod precebus perenti, utendum conceditur, quamdiu concedenti libuerit, pro contractu est ipsa concessio gratuita.

Culpa in predictis, alia est Theologica & est peccatum,

alia *Civilis seu juridica*, estque omissionis diligentia, quæ ab homine adhiberi potest, quamvis ex sola inadvertentia absque omni peccato accidat. *Culpa civilis lata*, seu crassa, est omissionis diligentiae ordinaria; *levis*, est omissionis diligentiae exactissima. Nulla ex his tribus culpis, utpote in sola omissione consistentibus, est verus *dolus*, qui dicit malitiosam voluntatem nocendi, sive calliditatem ad nocendum vel decipendum adhuc bitam.

Alia de Deposito præctica vide infra Tract. V. cap. 10.

CAPUT III.

De Mutuo, Usura, Simonia, & Montibus Picatis.

*D*e his plerique Resolutiones præctica traduntur infra hujus Operis Tomo II. Part. III. Tract. V. Cap. 10. n. &c.

Mutuum est datio rei, pondere, numero, vel mensurâ constantis, ut statim fiat accipientis, cum obligatione tantum postea reddendi. Unde materia mutui sunt sola res que functionem in suo genere recipiunt, id est, que in eodem genere suntia similes, ut in commutationibus & solutionibus una alterius vice fungi possit, ut triticum, pecunia, &c.

Mutuato tenetur, tradere rem abique vitio occulto, & non repertere ante tempus præfixum. *Mutuatarium*, l. Tenerum rem reddere tempore præfiso. 2. De omni casu rei fortuito. 3. Cum sit rei Dominus, rem absque gravi mutuotoris demno restituere debet.

USURA sumpta pro re, est lucrum ex mutuo; sumpta pro contractu, est mutuatio cum pacto lucri præcisæ ratione mutui. *Lucrum* hic est aliquid pretio estimabile, quod præcisæ ratione mutui supra fortè, id est, summam mutuo datam, accipitur tamquam debitur ex justitia, &c. *Realis Simonia*, sive externa est, in qua mutuator quovis signo externo intentionem usuriam mutuatorio declarat. Interna seu mentalis est, in qua illam non declarat, verum vel usuram intendit, vel de facto aliiquid usurariè accipit. *Aperta usura* est, quæ solum formalis mutui Titulum præ se fert. *Pallata* est, quæ falso alterius contractus Titulo, veluti pallio regitur, ut si vendas carius præcisè ob dilationem pretii solvendi pro re vendita.

Illicitas esse usuras constat ex fide, contra Judæos, in *Conc. Viennae* id definiente: sunt etiam prohibite jure Divino *Luc. 6.* mutuum date nihil inde sperantes: jure Canonico *l. 5. & 6. decretal. Tit. de usuris, &c.* denique jure etiam Naturali: Quia in iustum est in commutatione plus accipere, quam valeat id quod datur, quod sit recipiendo sortem cum auctario: quod dici nequit accipi pro uero sortis, cum enim Mutuum sortis dominium transferat in mutuatarium, pro illius usu aliquid exigere esset Mutuatorio rei suæ uitem vendere: Aliud est de locatione, & concessione pecunia ad ostentationem, Quia istis contractibus non transferitur rei dominium, sed manet penes locantem, &c. sed in Mutuo manet penes Mutuatarium donec rem accipiat in æquivalenti reddat.

Nec refert quod Deus Deut. 27. & 28. Iudeis permisit usuras respektu Gentilium; quia eorum bona sic accepta in Judæos transtulerat. Jus Civilis f. & Cod. de usuris, tantum approbat usuras compensatorias laboris, aut damni emergentis: si forte etiam usuras lucrativas probaverit, dicendum est, corre-

correctum esse à jure Canonico in quantum tales ad-
miserit.

Illicitum est dare auctarium ratione *obligationis non repetendi* sortem ante certum tempus. 1. Quia cum ista obligatio sit intrinseca cuilibet mutuo in particuliari, istud auctarium acciperetur praeceps ratione mutui, quod est injustum. 2. Quia ista obligatio sufficienter compensatur per redditionem sortis cum facultate ea utendi in perpetuum; pecunia enim, uti & quælibet res vendibilis, vetustate non decrescens, cum tali utendi facultate tanti estimatur post 10. annos, quanti tempore praesenti.

Ex variis Titulis licitum est, citra usuram, aliquid exigere supra sortem; 1. Ratione *damni emergentis*. Quia hoc non est aliquid accipere praeceps ratione mutui, sed ratione damni mutuo per accidentem annexi, quod mutuans non tenetur subire gratis, ac proinde non est lucrum ex ipso mutuo acceptum. 2. Ratione *luci cessantis*, quod mutuator probabilissime perceperisset ex sua pecunia negotiacioni destinata si non fuisset in mutuum expensa: Patet tum ex ratione jam allata, tum ex eo quod pecunia pluris valeat ut est negotiacioni destinata, quam secundum se, ut agnoscit etiam S. Thomas. Quantitas auctaria hoc titulo dati determinatur juxta estimationem lucri sperati. 3. Ratione *periculi sortis*; pro hoc titulo citatur etiam D. Thomas Opus. 72. c. 10. & Innocentius X. in responsis datis à Congr. de Propag. fide ad missionarios Chinenses anno 1646.

Licit a *pactum conventionalis* proportionata, id est, pactum de auctario, si mutuarius tempore praefixo non restituat: non tamen pactum *legis commissariae*, quo pignus eodem casu cadat in commissum, id est, fiat mutuantis. In usura datur *parvitas materie*, quia non habet aliam malitiam, quam iniustitiae, sicut datur in furto, aliisque ad iustitiam pertinentibus.

Usurarius acquirit *Dominium usurarum*, sed debile, id est, cum obligatione restituendi, quale Dominum transfert etiam contractus dolo, aut metu extortus. Ratio est, quod mutuarius verè ac simpliciter earum dominium à se in mutuantem transferat, cum eas voluntate absoluta perfolvat.

Ex causa gravi licet petere mutuum sub usura, ad hanc habendo se permisive. Quia quod in re petitur est aliquid licitum, quod autem illud detur modo illico, oritur ex sola mutuantis malitia, quam mutuarius non tenetur impedire cum suo gravi incommmodo, cum non possit pecuniam accipere modo licito sine usuis quod erat in potestate concedentis.

Plura de Usura, & ex professo de SIMONIA tra-
blantur infra Tract. V. cap. ii. de usura, & Cap. 12. de
SIMONIACÆ emptione ac venditione.

MONS PIETATIS intelligunt certus pecunia acervus publicè deputatus, ad mutuandum indigenibus. *Purus* dicitur in quo nihil accipitur. *Mixtus*, in quo aliquid accipitur supra sortem ad montis indemnitatē conservandam. Censetur igitur ille Purus in quo summa capitalis ex pia aliqua fundatione habetur, ut in Italia, ubi tantum exiguit parvum auctarium ad expensas in ministros &c. magnum verò requirit mons mixtus, in quo summa capitalis haberetur ex pecunia ad censem, ut in Belgio locis pluribus.

Primo: *Liciti censentur illi montes Italici.* Patet 1. ex Bulla Leonis X. in Cons. Lateranensi, in qua Concilio

approbat *Seff. 10.* absolutè declaratur & definitus ejusmodi montes nullo modo improbandos, & pena excommunicationis in eos decernitur, qui verbo, aut Scripto contrarium docere presumperint.

Pater 2. Quia in iis accipitur tantum aliquid modicum, idque non praeceps ratione mutui, sed ad indemnitatē & conservationem Montium ecclesiasticorum in favorem mutuatariorum, quorum proinde est subire expensas pro illorum conservatione necessarias. Plus exigunt ab eo qui sortem diutius detinet, non ratione carent pecunia, sed ratione damnorum & expensarum diutius factarum in ejus gratiam. Hinc homo privatus montem sua auctoritate erigens, solum peccaret contra charitatem ratione scandali orti ex presumptione usus fine Titulo exacta.

Secundò, *Liciti etiam sunt Montes Belgici*: Confab hoc 1. Ex consensu Archiepiscoporum, Episcoporum, ac DD. utriusque Universitatis Belgicæ. 2. Qui nihil in iis accipitur nisi ad suam indemnitatē. 3. Qui etiam aliqui similes sunt in Italia à Pontificibus approbati, teste *Navarro, Filicchio*, &c.

Montes quidem Belgici plus exigunt à mutuatariorum, quia eorum capitale conflatum est ex pecunia ad census, qui fundatur. 1. in communitate indigenitam, 2. In iure quod illa communitas habet exigendi indemnitatē à mutuatariorum in quorum favorem gravata reditibus, in bonis ejus dominio subiectis tum immobilibus tum mobilibus, qua possidet in se, vel inequivalenti, scilicet in pignoribus. Omne autem lucrum est in commodum mutuatariorum, in quorum favorem auctaria paulatim minuantur. Sic possunt autoritate principis gravari praesentes pro suis successoribus ad extructionem v.gr. Pontis deinceps valde utili fatur; que ratio in praedicto etiam casu valere videtur.

C A P U T IV.

De Emptione, Venditione, Monopolio, Loca-
tione, Emplice, & Feudo.

D E Emptione, Venditione, & Simonia agunt iusta-
Tom. II. Tract. V. cap. 12. Hic tantum que infor-
gulis Speculatoria sunt, vel non adjecta, præcipue sup-
plentur.

Licitem non est probabilius, *res novas & rarae qua-*
tivis vendere. Et certum est, non licere mercatori ven-

dere pretio infimo, sic ut occulta mercis diminutione illud pretium ad summum reducat: quia sic non pos-

natur æqualitas istius mercis & pretii.

Licitem etiam non est, *vendere pluris supra dimi-*
dium; quod fit quando excessus superat dimidium justi

pretii.

Non licet in foro *interno* pluris vendere, aut minoris

emere quam res valeat, Quia alioquin etiam in hoc no-

servaret æqualitas inter mercem & pretium. In foro

externo civili & canonico licet pluris vendere, & mino-

rism emere citra, non supra dimidium, sed intra latitu-

dinem justi pretii hoc intelligendo.

Licet pluris vendere quam res in se valeat, 1. Propter officium mercandi. 2. Propter damnum ex venditione

emergens: 3. Propter penuriam mercium, & multitudinem emporum. Propter rationes easdem aut similes,

etiam rem minoris emere quam in se valeat pariter ali-

quando licebit.

In Venditione, *injustum est*, 1. cogere indigentem ut

ate emat summo pretio, & statim tibi revendat infimo.

Quia

Quia ista obligatio emptori imposita, est aliquid pretio estimabile supra summum justum premium. 2. Emere Chirographa, id est, debita activa in futurum minoris quam contineant. Quia in hoc committitur usura palmaria, aliquid accipiendo praeceps ratione mutui virtutis.

Quando res est *absolutè vendita*, et si nondum tradita, nec soluta, empori perit, ei que fructificat. Quia re empta coempta sunt omnia in ejus virtute contenta. Deinde, licet empor nec dum sit rei Dominus, ad eum tamen pertinet omne damnum & periculum: unde cum sustineat incommoda, æquum est ut sentiat & commoda. Leges in contrarium, quia faveant usuris in solutionis dilatione fundatis, abrogatae sunt iure Canonico.

Evictio est, rei suæ ab altero possesse legitima recuperatio: differt à vindicatione & condicione, quod prima sit actio realis, secunda personalis, & haec evictio sitarum effectus.

Monopolium, seu conspiratio specialis Mercatorum ut sibi, aut certo pretio aliquid vendant, graviter repugnat charitati, & justitia legali; non justitia commutativa, nisi summo justum premium excedant. Hoc enim seculo, nullifacient injuriam, & ex causa rationabili licitum reddi potest auctoritate Principis. Ita Petri Navarra, Molina, Lessius, Contra Covar. Sylvstrum, & Valentum.

Locatio rem ad usum pretio concedit, *conductio* accipit. *Locator* tenetur 1. Aperire vitia nociva rei locata, & ad damna si ea celaverit. 2. De rei evictione. 3. Ad expensas pro rei conservatione &c. *Conducitor* tenetur, 1. Re uti juxta boni viri arbitrium. 2. Pro eâ conservanda eam adhibere curam, quam vir prudens pro suis adhibet. 3. Solvere pensiones tempore suo: uerque sibi invicem obligantur de dolo, culpa latrâ, & levi, non autem regulariter de levissima, aut casu fortuito.

Quando contingit ut *res conducta casu fortuito absque ulla conductoris culpa reddatur inutilis*, non tenetur conductor solvere pensionem, nisi pro ratâ temporis quo re illa usus fuit. *Sterilitas* tanta ut colum nihil recipiat, illum liberat à pensione: si sterilitas sit parva hic non attenditur, si sit magna, dat jus minuendi pro ratâ pensionem. Similiter, si *ubertas* absque ulla coloni industria sit extraordinaria, dat jus augendi pensionem, que si sit pecuniaria solvenda est in fine anni, si in fructibus, iis collectis solvi debet. Potest *conductor* ante tempus expelli, quando re conducta abutitur, aut per *duos annos* solutionem debitanum non praefat.

Si *eadem opera*, labor, aut industria pluribus ex pacto praestita æque singulis est utilis, meretur à singulis integrum stipendum valori suo proportionatum. Quia ut supponitur, pro singulis leorū fuscepta sunt obligations ab invicem independentes, unde opera eius est æquivalenter multiplex in utilitate & valore.

Familis debetur cum sustentatione stipendum justum saltem infinitum. Non licet illis utrū occultâ compensatione propter exiguitatem stipendi minoris justo infinito, cum de eo conveniente stipendio supponantur.

Emphitenis est contractus quo quis rei sue immobili Dominium utile transfert in alterum, retento sibi Dominio directo cum jure pensionis realis annua. Qui accepit Dominium utile dicitur *Emphitenus*, qui

dat dicitur Dominus directus seu propriarius.

Feudum dicitur, concessio rei immobilis sub one-re fidelitatis & obsequii personalis exhibendi domino directo. Differt ab *emphitenis*, quod in hac debatur pensio realis, in illo fidelitas & obsequium personale. Concedens dicitur Iufedator, Dominus fundi & feudarii: Accipiens dicitur feudatarius, vasillus, beneficiarius. *Regale* feudum confertur à supremo Principe cum Titulo, v. gr. Ducus; non regale nihil ad fert dignitatis: *Ecclesiasticum* ab Ecclesiastico, Laicum à Laico confertur: *hereditarium* transmittitur ad hæredes, gentilitum ad liberos, masculinum ad filios masculos, fœminum etiam ad feminas deficientibus masculis: Dicitur *Ligum* si fidelitas juretur contra omnes, non Ligum si excipiatur Princeps supremus. Amittitur Feudum expiratione temporis concessi, negligenti obsequiorum, & crimen Folonia, id est, belli contra Dominum gesti.

C A P U T V.

De Censi, Cambio, Contratu Societatis, & Testamento.

D E TESTAMENTO &c. agitur plenè infra Tomi II. Tract. V. Cap. 13. Hic suppletur ea quæ possint in singulis desiderari.

CENSUS est jus percipiendi pensionem annuam ex re, aut persona alterius: qui illud jus pendit dicitur *Censarius*, qui emit dicitur *Censualista*.

Dividitur *Census*, 1. In *reservativum*, quo quis in alterum transfert rei sue dominium, super eadem re sibi reservato jure pensionis annuae: & in *confiditum* quo solum jus pensionis confignatur. 2. In *realem, personalem, & mixtum*. 3. In *pecuniarium, & frumentarium*, his in Belgio & in Castella sublatus est à Philippo II. ob nimium incrementum tritici & aliorum fructuum. 4. In *perpetuum, & temporalem*: Perpetuus subdividitur in *irredimibilem, & redimibilem*, vel ab uno tantum, vel utroque contrahente. Temporalis aliud est ad tempus certum, aliud ad incertum v. gr. qui uisque ad mortem censualista constituitur & durat.

Licita est *emptio novi Census confiditivi, realis, & perpetui* tam redimibilis ex parte vendoris, quam irredimibilis. Patet 1. Ex approbatione Pontificum Martini V. Pii V. & Calixti III. 2. Ex eo quod sit vera emptio facta justo pretio juris veri præexistentis in Censario, non quidem sub ratione *Census*, sed ut inclusi in pleno jure, quod haber *Censarius* in rem suam, & omnia ejus emolumenta. Ita Covar. Molina, Lugo, aliquæ communissime, contra paucos.

In *emptione Census* non datur pecunia præsens pro pecunia in futurum, ut in mutuo, sed emitur jus non ad certò recipiendam summam simul & femele sine periculo damni & molestiarum, sed ad pensiones successivas per longa intervalla, adeoque moraliter non sine periculo, incertitudine, & molestiis recipiendas, ideoque usuram non involvit.

Et quamvis hoc jus sit ad pensiones *in infinitum*, non tamen estimatur nisi pretio finito, sicut Dominum fundi frugiferi, quod continet jus ad annuos fructus in infinitum. Ratio est, quod pensiones successivæ in infinitum recipienda non augeant valorem illius juris incremento æquali, sed proportionali in infinitum

Isde
Kin

Geo-
ogia
P. IV

infinitum decrescente. Quia quantò magis crescent in multitudine, tanò sunt in spe remotiori, & con sequenter tanto magis decrescent in estimatione morali, adeoque non possunt facere jus valoris infiniti, sicut partes proportionales in infinitum decrescentes continentium actu infinitum constituere nequeunt.

Diges, idem esse emere jus ad pensiones, ac emere ipsas pensiones.

Rcp. Disparitatem esse, quod jus ad rem, non nisi post longa intervalla adaequatè recipiendam, non sit ipsa res, nec prudenti judicio tanti almitetur, propter lapsum & incertitudinem diuturni temporis & alia superius assignata.

Emptio Census personalis etiam perpetui est licita. Pater 1. Ex usu Belgij, Germaniae, Gallie à DD. Theologia & Juris approbato; & à Nicolao V. Pont. 2. Ex eo quod etiam hic interveniat vera emptio juris percipiendi pensiones ex persona alterius ratione sue industria, & aliarum qualitatum quæ censemur sufficienter frugiferæ ad fundandum tale jus justo pretio estimabile, cum istud jus possit donari, & à donario justè vendi. 3. Quia tale jus potest fundari super jumentum & servum, adeoque etiam super personam liberam, quod tamen jus vendi non potest ob defectum pensionum; quia hoc leges verant. Dum Martinus V. aliquique Pontifices solùm approbat censum realem, per hoc personalē non improbat, quem Pius V. prohibuit non absolute, sed ob speciem & periculum usuræ, & quidem prohibitione que hic in Germania recepta non censemur. Ita *Gabriel, Medina, Barnes, Valencia, Lessius, Contra Navarrum, Rebellum, Lugo, &c.*

Census temporalis incerti temporis, ut *vitalitius*, est licitus, modò ematur pretio justo, per legem, aut prudentis arbitrium taxato. Quia cum uterque contrahens parem subeat: aleam plurim, aut pauciorum pensionum, pro pluribus aut paucioribus annis vite, in eo servatur æqualitas.

Licitus etiam est census Temporalis certi temporis v. gr. ad 20. aut 30. annos; Quia cum jus ad pensiones per longa intervalla recipiendas non tantum valeat, quantum cumulus omnium pensionum simul, justè emi potest minori pretio quam valeant pensiones simul sumptus: si tamen emeretur ad breve tempus, ut ad 2. vel 3. annos, usuræ palliata conferetur uti colligitur ex fundamentis supra assignata.

Census redimibilis tam ex parte ementis, quam vendentis, sic ut emens post aliquot annorum pensiones possi vendentem cogere ad redendum, videtur speculative loquendo, licitus. Quia non appetet cur non possit fieri paup' retrovenditionis in hac emptione sicut in emptione aliarum rerum, & quare hoc pactum fieri non possit cum censuario in contractu censuali, sicut fieri potest cum uno tertio, & cum illo post initum censualem contractum: Non est tamen in praxi turus, aut licitus. Quia est merito suspectus de usurâ palliata, ac proinde scandalo obnoxius. *Census irredimibiles* ex parte vendoris, saltē consignati, sunt quidem à Carolo Quinto in Belgio prohibiti, noui tamen usurarii, nisi ex presumptione fori externi, & ne bona maneant perpetuò onerata. Ita de his *Gabriel, Medina, Valencia, Lessius, Malde rius, Contra Covar. Sotus, Aragonum &c.*

CAMBIO est permutatio negotiatoria pecunie pro pecunia. Ille à quo cambium petitur, dicitur Cam-

pfor, qui petit, Campfarius. Dividitur in *Reale*, & *cambio*; hoc cambium siccum est vera usura solam spicem cambii habens, ut si tantum habeatur ratio distantia temporalis &c. Illud autem *Reale* est legitima permutatio pecunie servata æqualitate inter datum & acceptum. Dividitur in *Mannale* seu minutum, quod est permutatio pecunie praesentis pro praesente, & *Locale*, quod est permutatio pecunie praesentis pro absentia.

Cambium minutum est reale, & dicitur illud quod consistit maximè in moneta minutæ cum majoris mutatione.

Licitum est lucrum ex *cambio minuto* variis titulis, scilicet, ratione lucri cessantis, officii cambiandi, operis quadrandi & habendi pecunias diversi generis ad utilitatem communitatis semper paratas, easque numerandi &c. Taxatur à Principe *valor monetae* quantum est mensura rerum venalium, non quatenus commoda ad permutationem negotiatoriam, sub qua ratione una species monetae alteri sepe multum pristinat, licet sit æqualis in ratione pretii rei venalis. In *passim Theologi, Contra Ostiensem, & panico*.

Lucrum ex cambio Locali, quo campfor hic pice accipit ut alibi restituit, est licum, modo sit predicti peritorum iudicio iustum. 1. Quia est approbatum à *Pio V. apud Navarrum num. 300.* 2. Quia accipitur justo Titulo virtualis scilicet translationis, & locationis, qua campfor operam suam locat campario ad transferendum ejus pecuniam suscepito in locum periculi: quod si hoc fiat absque omni ejus in commodo, hoc tribuendum est ejus industria & bone fortunæ, qua non obstante potest lucrum accipitatione periculi, & laboris in le suscepti.

Cambium quod Francofurtense dicitur, in quo campfor dat prior pecuniam campfario, ut ab eodem recipiat in undinis Francofurtenis cum mortario proportionato distantia temporalis, & localis, seclusis Titulis extrinsecis, periculi fortis &c. impeditum & usurarium esse censemur. Quia in eo nulla intervenit virtualis translatio, aut locatio opere ad translationem, ac proinde campfor nullam campario navar operam pretio estimabilem: unde usurarium accipit præcisè propter distantiam temporalem inter dationem sua pecunie & ejus in æquivalenti receptionem, quod est usurarium. Ita, ut dixi, seculis Titulis extrinsecis, docet *Cajetan. Sotus, Suarez, Valencianus, Malderus, Lugo, aliqui communius, Contra Malnam, Lessius, Filius, Layman, &c.*

Cambium Bezuntium, sive *Placentinum*, est quo campfor respondentem Bezuntii vel alibi campfano procurat, suum scilicet factorem, qui tunc duas personas representat, nempe respondentis campfani, & factoris campforis, & quatenus respondens campfarii debitus ex accepta à campfore pecunia sibi ipsi, quatenus factori campforis, solvit solutione virtuali, nempe per acceptancem & relationem in libros nationum, &c. Hoc, inquam, Cambium, licet ultatum censemur plerumque siccum, & non substantis: Quia cum contrahentes sciant totam solutionem sic fieri istis cambii & recambi Titulis artificiose qualitatis, aliud intendere non censemur, quælibet enim ex mortuo, Cambii specie palliatum, ac proinde in praxi à Theologis plerumque omnino recipiendum censemur, ut de usurâ merito suspectum &c. Et ita sentit *Sotus, Molina, Tannerus, Roder. Rebellus, &c.*

ali communius, quamvis illud excusat *Sylvester*, *Nar-*
varus, *Salas*, *Diana*, &c.

SOCIETAS NEGOTIATORIA, est conventio
conferentium aliquid ad commune lucrum, & da-
mnum. Ut sit licita requiritur, 1. Ut fundetur in ne-
gotiatione honesta, 2. Ut servetur aequalitas propor-
tionalis lucrorum & dannorum pro rata eorum, que
conferuntur, 3. Ut fors fiat omnium, nisi lucri tantum
sit communio, ex pacio instituta.

Difficitur illa Societas, 1. Socii renuntiatione, 2.
Eius morte, aut egestate, 3. Elapsō tempore, ad quod
inita fuerat, 4. Cessante negotiatione.

Quando unus ē socii confert solam pecuniam, &
alter solam operam, potest fieri communio fortis &
luci, 1. Sic ut in fine ex æquo dividatur pro rata pe-
cunie ab uno, & estimationis opere ab altero collate, 2.
Sic ut conferens solam operam non sit particeps
fortis, sed solum aliquot partis luci, cuius spes aequi-
valeat opera ab ipso posite: hoc enim utroque mo-
do servatur aequalitas utrimque requita.

CONTRACTUS TRIPLEX, est quo conferens
in Societatem à loco asscuratur de forte integrâ cum
certo lucro, sed minore eo, quod ex negotiatione
speratur. Unde in eo sunt virtualiter tres contra-
ctus, scil. Societas, asscurationis, & venditionis
majoris luci sperati. Hunc contractum esse licitum
sunt, 1. Leges, & institutiones ei aperte faventes.
2. Hæc ratio; est certò contractus ille triplex licitus si fiat
divisum cum diversis; adeoque etiam cum eodem
simil & semel; cum per hoc nullam contrahat in-
stitutionem, nec mutet naturam, adeoque non transfeat
ad rationem mutui. Ita *Sylvester*, *Gabriel*, *Major*,
Navarrus uerque, *Toletus*, *Lessius*, *Sylvester*, *Abulen-
su*, &c.

Objectiones contra contractum Triplicem ex se-
quuntur. *Dominium pecunia* in ejusmodi
contractu in Societatem deposita non est penes solum
negotiatorem, cum non possit de illa, sicut de mutuo
acepsa, pro suo arbitrio disponere, sed teneatur eam
vel equivalentem suo & deponentis nomine negotia-
tionis applicare. Huic quidem soli perit, at non ratio-
ne domini ut mutui formalis aut virtualis in ipsum
translati, sed vi contractus asscurationis adjuncti. Hoc
contrahendi modo pecuniam conferens non sentit
lucrum, nullum potens sentire incommode, quod
non est aequum, quandoquidem patiatur damnum
majoris luci quod sperare potuit.

Secundo, Bulla Sixti Pontificis hunc contractum non
prohibet ut illicitum jure natura, sed tantum ut
Scandalosum ex presumptione usura palliate, que
non intervenit si contractus in eo inclusi fiant fieri,
vere, & non ficte, unde in Germania, & Belgio, illa
non habetur à pluribus pro recepta.

SPONSIO, quā certantes de alicuius rei eventu si-
bi invicem aliquid spondent, dandum ei qui veritatem
fuerit asscutus, est licita, si absit fraus, par sit
utrumque periculum, nec sit de turpi &c. *Sorites* ex
quarum eventu aliqua decernuntur, alia sunt *divisoriae*
quibus de re communi disponitur, alia *electoria*
quibus alii alii præferuntur in ordine ad officia
vel secularia, que licent, vel Ecclesiastica, que sunt
prohibitæ. *Consultoria* & *divinatoria* sunt supersti-
tiose.

TESTAMENTA privilegiata quoad solemnitas
tem sunt, 1. Militum in castris. 2. Facta coram Prin-
cipi.

R. P. Arfdekk. Tom. II.

cipe, 3. Belgica juxta consuetudines variis locis usi
receptas. 4. Ad pias causas, que deficiente solemnitate
obligant in conscientia, modo ad finem natura
requirita ad translationem Domini; ad profanas
etiam causas valent in conscientia, sed validitate infirmi
per judicem rescindibili, non firma & irrefescibili;
quo sensu exponente & inter se conciliandæ sunt
Leges ac juris utriusque DD. in speciem pugnantes in
his de testamentis privilegiatis.

Testari prohibentur jure naturæ amentes: positivo
jure partim Civili, partim Canonico, impuberis, sur-
disimil & muti, prodigi, damnati ad mortem, carcere
perpetuum, aut exilium, heretici, servi, filii
familias, & usurarii manefici, &c. Testamentum
de se revocari potest à testatore valide & licite, 1. Per
factum contrarium, ut si testator illud laceret, 2. Per
alterum Testamentum legitimum. *Ita habent iurium
dispositiones.*

Per Testamentum *Hæredes institui* possunt, qui
non sunt lege prohibiti, ut sunt hæretici, spuri, id
est, orti ex parentibus inter quos tempore vel con-
ceptionis, vel nativitatis erat aliquod impedimentum
dirimens, non legitimi, etiam deficiente prole
legitimâ, non succedunt illi parentibus ab intestato,
neque ex Testamento, nec ullam partem hæreditatis
accipere possunt etiam in conscientia: secus natu-
rales, id est, orti ex parentibus sic non impeditis; illi
enim possunt à Patre institui hæredes si deficiant legi-
timi, & ascendentis; quamvis ei non succedant
ab intestato, nisi ex extante, succedunt tamen mat-
tri, tum ex Testamento, tum ab intestato pari jure
cum legitimis: de quibus fusius juxta leges Belgicas
Lessius de jure & iust. Zypens, aliisque.

Reliqua de *TESTAMENTIS* in hoc Operi tra-
duntur infra *Tom. II. Part. II. Tract. V. cap. 13.*

CODICILLUS, est sequelæ, & velut supplementum
Testamenti. *Legatum* est donatio in Testamento
præstanda ab hæredi. Factum absolute legatum de-
betur statim à morte testatoris: Factum sub condicio-
ne debetur cæ impletâ. *Fidei commissum* est, quod al-
ter ita relinquitur, ut illud non possit alienare.

Non potest Hæres ita legatis gravari ut hæreditas
reddatur *inutilis*, alioquin potest detrahere Falcidiam,
id est, quartam partem hæreditatis ex legatis detrahibilem,
aut Trebellianicam, id est, quartam partem ex
Fidei commissis detrahibilem, ut hæres habeat saltem
quartam partem bonorum defuncti.

Si Legatum aut Fidei commissum sit ad *pias causas*,
nec Falcidia, nec Trebellianica detrahi potest. Sola
Parochia aut Confessarii depositio de ultimâ voluntate
defuncti ad pias causas hæredem obligat in conscientia,
dum constat de horum probitate. Ita *Layman*
hic, aliisque.

CAPUT VI.

De Restitutione, ejus Radice, Causis eam excusantibus, &c.

*D*E Restitutione in ordine ad *Praxim agitur accu-
rately in his Operis Tomo. II. Part. III. Tract. V.
cap. 14. infra.*

Ne quid aliqua ex parte desit in materia tam neces-
saria, quædam hic ad omnitudinem Theologi institu-
tionem subjiciuntur.

Q

AD

*Ende
kin*

*Theo-
ogia*

50 Secunda II. Cap VI. De Restitutione, ejus radice, &c.

Ad notitiam fundamentalem Obligationis restituendi, sciendum est, quod illa oriatore ex iustitia, quae fit contra jus alterius. *Jus autem alienum dicitur mobile*, quod abdicari potest à Domino: *Jus verò immobile*, quod abdicari non potest, quale habet Clericus ne percutiatur. *Quoad jura mobilia*, non potest iuria fieri volenti, p̄tēt quod immobilia, ut fit marito consentienti in abusum sua uxoris. *Idem est de percussione Clerici*, licet ipse in eam consentiat, uti patet ex jure Canonico *Cap. Contingit de sent. excom.* ubi ea percussio dicitur iuris iusta, et si non violenta. His tamen non debetur satisfactio, quia consentiendo illam reniserunt.

Obligatio restitutionis oritur ex violatione solius *iustitiae commutativa*, non *distributiva*. Quia illa sola resipicit *jus strictum*: *distributiva* enim solū respicit *jus fundatum* in ratione partis alicujus *communitatis*, quod non est *strictum*. Hinc, per se loquendo, non obligatur ad *restitutionem* qui conferit beneficia aut officia digno *relicto digniori*. Dixi, per se loquendo, quia si factus sit *concurlus* cum promissione digniores preferendi, tenetur ad *restitutionem* ex violatione *iustitiae commutativa* ortae ex pacto *precedenti*. Similiter si Princeps dignis *prætermis* confert officia publica indignis, violat *iustitiam commutativam*, non adversus dignos *prætermis*, sed adversus *communitatem*, cui *strictè* obligatur de dignis illi *providere*. Ita *Saurez, Lessius, Rebellus, Lugo, Maldenus, aliqui, Contra Cajet. Vasquez, Molinam, & Aragonium*.

Radices generales restitutionis, duæ assignantur, scilicet, *injusta acceptio*, seu *damnificatio*, & *res accepta*, id est, *res ex iustitia Domino suo restituenda*. Ambæ concurrunt in fure detinente rem furtivam; separantur in eo qui rem furtivam emit bona fide, eamque nesciens esse furtivam detinet absque ullâ *damnificatione activa* ex parte sua Domino illata. Pro *injuria transiente*, id est, non *damnificante*, nulla debetur *restitutio*, sed tantum aliqua *satisfactio*, ut pro *irritione*, verbis contumeliosis, &c. *Obligatus Titulo rei accepta*, 1. Ad nihil tenetur si res pereat. 2. Tantum tenetur ad fructus extantes, & quatenus ex iis factus est ditor. At verò *obligatus Titulo *injusta acceptio**, tenetur restituere rem aut ejus *estimationem*, quomodocumque perierit. 3. Omnes fructus ex ea perceperos. 3. Compensare omnia *damna inde secuta*. Unde mensura *restitutionis ratione rei acceptæ*, est quantitas *possessionis*; *ratione iusta acceptio*, est quantitas alieni *damni*. Ita cum *D. Thoma, Layman, aliqui*.

Possessor bona Fidei, ubi adverterit rem non esse suam, tenetur Domino comparenti eam statim restituere, nec potest pretium à se pro ea datum exigere, nisi datum sit animo rem restituendi Domino suo, ejusque negotium utiliter gesserit. Si bona fide rem *consumpsierit*, aut alienaverit, ad nihil tenetur, nisi quatenus ex ea factus est ditor; si vendiderit, tenetur Domino comparenti, contractu venditionis rescisso, empori pretium restituere, ei enim tenetur vendor de evictione, non tamen rei Domino si res vendita reperi non possit, nisi quatenus ex ea factus est ditor. Quia Dominus rei non est Dominus pretii. Tenetur etiam fructus naturales, ut foetus animalium, & mixtos, id est, partim à re, partim ab industria provenientes, ut segetes; & fructus civiles, ut re-

ditus &c. restituere, subductis expensis. Quia res quælibet Domino suo fructificat, non tamen fructus industriales. Rem alienam Titulo gratuito à fure acceptam tenetur, per se loquendo, Domino restituere, nisi certus sit fore, ut furi justam ab cauam redditam, Domino restituatur: quia in hoc casu Dominus minus non potest esse rationabiliter invitus.

Potest *emptor bona Fidei*, ad recuperandum suum pretium, *rem furi reddere*, licet sit moraliter certa eam Domino peritura: Quia secluso contractus est delicto, nemo tenetur rem alienam cum proprio suo damno apud se conservare ut restituatur suo Domino, quia ad id nullum habet jus.

Negne refert, quod *emptor rem furi reddendo* eam reducat in pejorem statum. Quia hoc non fit directè & positivè, sed tantum negativè, quatenus scilicet ad vitandum *damnum proprium*, rem definire in meliori statu conservare. Emptor tamen *mala fidei*, ratione *injustæ acceptio*, probabilius ei cui tenetur rem Domino suo restituere, uti docet probabilius, *Navarrus, Lessius, aliqui, contra Sylvester, Alensem, Dianam, & alios*. De *emptore bona Fidei* *restitutionem nostram tener Navarrus, Sylvester, Vasquez, Lessius, Bonacina, Malderus, Turrianus, Lugo, &c. contra Cajetanum, Sotum Medinam, Layman, Aragonium, &c.*

Mala Fidei possessor obligatur ad *restitutionem* si extet, &c ad ejus valorem si perierit, etiam fortunam, & abfque ejus culpam; idque etiā apud Dominum per *injuriam* alicujus tertii erat peritura: quia hunc præveniendo ipsius *obligationem* in se faciuit. Si tamen res cetera perierit apud iniquum possessorem, eodem modo abfque illius *injustitia* apud Dominum peritura, probabilius ad nihil obligatur in foro interno: Non enim ex re accepta, quia perit: non a *injusta acceptio*, res enim aq̄ue erat perita, adeoque ille non fuit efficax causa damni. Commuter tamen dicitur imponenda ei *restitutio* in foro externo in *penam criminis*. Ita *Navarrus, Lessius, & alii, contra Paludanum*.

Fur ad nihil obligatur probabiliter, qui sciens & volens rem alienam consumpsit eo loco & tempore quo alii citram *injustitiam* erat certa peritura: Quia in illis circumstantiis res Domino suo nullius erat pretio, ac proinde ejus destrutio non est illi *damnosa*: Secundum fur illam transtulerit in locum ubi erat servanda: Quia tum erat alicujus pretii Domino suo. Ita *Vasquez, Amatus, aliqui*.

Res que apud iniquum possessorem *meliorata* aut *fructificavit*, cum omni melioratione suā restituenda est, & cum omnibus fructibus non solū perceptis, sed etiam percipiendis à Domino si rem suam habuisset: quia res Domino suo melioratur & fructificat, ideoque cum his tanquam ad Dominum pertinenteribus restitui debet.

Pro *debitorum solutione* servandus est ordo juris posterioris. Hinc 1. Si res extat in specie reddenda est Domino. 2. Debita Titulo oneroso præferuntur debitis Titulo gratuito. 3. Debita certi creditoris præferuntur debitis creditoris incerti.

Causa excusantes à restituzione tradunduntur infra hujus Operis Tomo II. Part. III. Tract. V. cap. 14. §. 4.

CAP.

CAPUT VII.

De Injuria in Corpus, & Famam, & de Furto, iudice, Teste, Reo, Advocato.

DE his agitur in hoc Opere infra Tract. V. superius dicato: hic pauca restant adiiciuntur.

Occhio sui directa, licita non est ullà auctoritate humana. Quia illa repugnat charitati erga se, justitiae erga Rempublicam & erga Deum, qui est Dominus vita humanae.

Liceret tamen ex iusta causa, v. g. ad vitam conservatio ne sepulcri mutilare, & indirecte ad suum necesse concurrere, ut abstinendo ab eis carnis humanae, aut idolo sacratissimum ignem navi injicendo, aut pulvini irritato ad nocendum hosti &c. Debent tamen ista fieri ex causa gravi, & conduceant ad finem independenter à morte directe adhibita. *Sui interfectio* pure Canonico privatur Ecclesiae suffragis, & sepulcrum, nisi ante mortem dederit ligna penitentiae, vel dubium sit an à se ipso, aut alio fuerit occisus. Ita de navi incensa &c. *Lessius, Maledictus, aliquis*, qui eâ ratione factum Samponis excusat.

Pro tuendis fortuna bonis magni momenti, alioquin amittendis irreparabiliter, licitum est invalem in iustum in actu invasionis defensivè occidere. Quia bona illa honeste sustentationi necessaria, reductivè pertinent ad vitam tuendam. Idem in pari causa de defensione pudicitiae, & honoris tradunt DD. communius.

Qui virginem corrupit, illa consentiente, non tenetur ad compensationem ipsi faciendam. Quia liberè consentiendo cessit jure suo; nec ejus parentibus, quia nulla illis fit iuria; et si enim puella sit sub eorum potestate, sicut potest illis invitata nolle nubere, ita & nuptias suas reddere difficultiores. Tenetur autem si per fraudem, meum, aut vim eam ad crimen inducent, ad omnia damna inde ipsi puellae, ejusque parentibus provenientia; Quia corruptor eorum fuit causa iusta: hæc si non possit compensate aliter quam initio cum eâ matrimonio, tenetur in conscientia eam ducere: & ad hoc determinatè obligatur si sub conditione copular matrimonii illi absolute promiserit. Nisi forte mala valde gravia ex tali connubio sequentur. Ita *Sotus, Vasquez, Diana, aliquis communius*.

Adulterio & adultera, si non fuerit proles ex copula fecuta, solum tenetur ad satisfactionem honorariam si innoget marito. Prole certò fecutâ uterque tenetur ad compensationem damnorum marito & legitimæ proli inde obvenientium, si fieri possit. In dubio tenetur pro ratione dubius, id enim æquitas postulat. Tenetur autem adulterio ad problem alendam ab anno tertio exclusivè, adultera vero usque ad annum tertium inclusivè, ex l. 9. Cod. de patria potestate.

Licitum non est, seipsum falso infamare, nec de vereo criminis, ratione scandali, neque etiam de falso, ut si quis ad vitanda tormenta fateatur crimen verifici quod non commisit, atque ita se ipsum mendaciter infamet infamiam gravissimam in totam ejus familiam redundantem: quod fieri nequit absque peccato latente veniali mendaci, & mortal detractionis, ideoque tenetur ante mortem id retractare.

Justas ob causas licita est revolutio peccati gravis occlusi, 1. Ad petendum consilium vel auxilium. 2. Ad alterius correctionem idoneam. 3. Ad avertendum

R.P. Arsdek, Tom. II.

malum commune. 4. Ad propriam defensionem. 5. Ad vitanda gravia tormenta. *Sine causa* verò mortale est illud vel uni aperire, etiam non nominata personam, sed sola ejus communitate v. g. religiosam. Quia per hoc injunctè fama aliena graviter laedi æstimatur. Ita *Theologi communiter*.

Per singula furta levia multiplicata runc peccas mortaliter quando per ea intendis etiam à diversis tibi comparante summan notabilem: Tunc enim singula furta sunt executio voluntatis mortaliter male circa rem totalem graven. Imò etiam quamvis id non intendas peccas mortaliter, quando summam graveni complexe ad eam ad vertens: Quia tum causas damnum notabile. Completa autem summa notabili teneris eam sub mortali totaliter restituere. Plus tamen requiritur ad summam notabilem quando per majora intervallo, aut à diversis accipitur.

Compensatio occulta, quamvis raro, aliquando tamē est licita; ut si debitum omnino certum ablature non possit alter obtineri, aut non nisi ægerrimè cum multis molestiis & gravibus incommodis, & sic ut creditor occultè sibi compensans prospiciat ne iterum à debito idem debitum postea solvatur. Ita de debito certo *Theolog. communiter*.

JUDICIO licet, quando crimen est *notorium*, auctor autem *occultus*, inquirere de auctore in genere: accusatio sufficit ad interrogandos testes ab accusatore productos: ad rectum autem de se ipso juridicè interrogandum prærequiritur vel semiprobatum per unum testem, vel infamia, vel indiciorum sufficientia. Juxta tamen de uno crimen infamatum non potest interrogare de alio, de quo non est infamatus, nisi sit cum illo priore crimine connexum.

Judex inferior, imò & supremus, deberet indicare secundum leges, nisi in aliquo casu particulari prudenter judicetur Legislator aliud voluisse: quia alias periculum esset ne privatis affectibus locus concederetur. Ita *Jura communiter*.

Tenetur judex publicus se conformare regulæ judicis publici, que est scientia publica, hoc sensu, quod non possit contra eam judicare, non quod semper debet secundum illam etiam quando habet certitudinem de contrario: Obstat enim Superior regula juris divini vetantis ne directe occidatur innocens. Tenetur quidem inferior obedire suo Superiori non evidenter mala præcipiti; sed Respublica non potest imperare Judicii ut eum damnet ad mortem, quem judex certò & evidenter scit esse innocentem, & per calumniam oppressum. Quia alioquin ejus præceptum esset manifestè iustum. Unde Respublica non imperat, ut judex procedat secundum allegata & probata, nisi ex presumptione veritatis, ac proinde quando Judicii constat de contrario, presumptione debet cedere veritati. Opposita tamen multorum *Thomistarum* sententia cum D. Thoma ut probabilis admittitur, *Contra Petrum Navarrum, Adriatum, Panormitum, Lyranum, Lessium, Sylvium, Maledictum, Lugo, &c.*

Siquidem culpabiliter tulit sententiam injustam, tenetur eam revocare, & damna compensare. Si vero inculpabiliter, eam solum tenetur retractare si potest sine suo gravi incommode: ita *communis*.

De JUDICE, TESTE, ET ADVOCATO, & quando ad restitutionem teneantur agitatur Tomo II. Part. III. Tract. V. post cap. 14.

G 2 ACCE-

rsde
kin

heo-
ogia
D 1



Secunda II. Cap.I. De Religione & Actibus illius.

ACCEPTIO PERSONARUM, qua dignior postponitur, est iustitia mortalium genere suo; quia per eam violatur, vel iustitia commutativa, ut in judicis, & distributionibus beneficiorum: & officiorum per concursum; vel distributiva & fidelitas in dispensatione honorum communis. Hinc juxta Rebellum est mortale in distributione locorum in promotionibus Academicis praeferre minus dignum digniori, cum ista distributio fiat per oppositionem, live concursum formalem.

REVS interrogatus, sed non juridice, non tenet aperte veritatem; tenetur si juridice, id est, à iudice legitimo cum præviâ infamia, & semiplena probatione. Sunt tamen qui probabiliter dissentunt quando agitur de capite, & est spes evadendi; Quia præceptum de positivè dicendo vero videtur eo casu excedere vires conditionis humanae. Certò ei licet infirmare auctoritatem accusatoris & testimoniū, aperiendo occultū eorum crimina, fugere è carcere; ejus foras effringere; non tamen inferre vim custodibus. Ita *Theologus communius*.

DE RELIGIONE ET ACTIBUS ILLIUS.

CAPUT PRIMUM.

De Religione virtute, Oratione, Horis Canonicas, Votis, & Religioso statu.

DE Horis Canonicas agitur hic infra Part. III. Tract. IV. cap. 4. de Votis & Juramento Tract. V. cap. II. §. 3. De superstitione, & vitiis oppositis Tract. V. cap. I. §. 2. Hic principia, speculativa præcipue ordine suppleruntur.

Religio est virtus quæ debitum Deo cultum exhibet. Hinc objectum ejus *materiale* est Dei cultus, *formale* hujus cultus specialis honestas.

Religionis actus eliciti sunt volitiones cultus Dei: imperati sunt, ipsi actus divini cultus, scilicet adoratio, oratio, votum, sacrificium, & similes, qui sunt objectum simul & effectus actuum elicitorum quibus constituntur in esse virtutis istius speciei scilicet Religionis.

OFFICIVM DIVINVM tenentur recitare Ecclesiastici, etiam Regulares secundum ritum Breviariorum Romani reformati, exceptis Ecclesiis & Conventibus in quibus constat aliud officium recitari ex constituzione 200. annorum, quibus licet tamen Romanum assumere. Omnes etiam obligantur legere Officium Defunctorum die animarum, & Litanias die S. Marci, & triduo Rogationum; non autem legere Officium Defunctorum ut notatur in rubricis, nisi ubi id usum receptum est. Qui nulli Ecclesiæ est adscriptus, sed ordinatus Titulo patrimonii, probabilius tenetur ad ipsum Officium Romanum.

Reliqua practica de Officio sive Horis Canonicas traduntur infra Tract. 4. cap. 4. de Horis Canonicas.

VOTUM est promissio Deo facta de meliori: ad hujus valorem requiritur, 1. Voluntas se obligandi. 2. Advertentia quanta requiritur ad mortale. 3. Libertas. 4. Ea rei promissæ notitia ut non erret circa ejus substantiam, aut principale motivum. 5. Rei promissa possibilitas, & honestas. Unde non potest esse

materia votires mala, res indifferens, & res bona quæ tenus melioris impeditiva. 6. Denique in votante requiritur potestas se obligandi. Hinc vota professionis emissa ante annum ætatis 15. ipso jure sunt irrita.

Qui votet rem ab alterius voluntate sive facto dependentem, tantum tenetur, quantum in se est, procurare executionem: non tamen tenetur iste alter equi. Hinc liberi non obligantur votis patrum sui Religioni offerentium. Votum conditione obliga purificata conditione etiam turpi, non antecedenter. Voti impletio facienda est statim moraliter, vel juxta intentionem votantis: Si tamen quidquam pro nullo determinato tempore absolute votaveris, tenens illud exequi cum primum commode poteris: sic tamen te ad breve tempus illud differre non debet morale censer.

Obligatio voti definit. 1. Desitione materie. 2. Defectu conditionis adiecta. 3. Irritatione, id est, ablatione obligationis voti ab alterius consensu dependentis. 4. Commutatione. 5. Dispensatione. Unde potest potest simpliciter & directe irritare vota libeorum impuberum gubernationi familiæ officientia, non alia, ut sunt votum castitatis, religionis &c. Prelatus regularis potest irritare omnia vota alii subditis emula pot professionem religiosam, excepto voto strictionis dimis. Item, vota à suo prædecessore, immo & à seipso approbat. Non tamen vota Novitiorum, qui penduntur ante professionem, per quam extinguntur. Unde si non emittatur professio reviviscunt, ut & vota dimislorum è Societate ante ingressum emula.

Potest irritandi vota subditorum, etiam convenient Abbatissis, cura ea potestas non sit jurisdictionis, sed gubernationis. Item, Maritus potest irritare vota uxoris repugnantia juri, quod habet in ejus copiis; quia in ipsis mulier viro est subjecta. Pontifex non potest irritare omnia vota Fidelium, cum enim voluntates non habeant in omnibus sibi subjectas: Potest tamen ex justa causa cum iis dispensare in votis de facto emissis, cum sit circa res sacras supremis in terris arbitri.

Quilibet potest propriâ auctoritate, etiam absque causa, vota sua mutare in evidenter meliora, si non sint vota reservata: Hæc etiam reservata potest mutare in votum religionis. Mutare autem in æquale, at in minus bonum potest solus Superior: Quia talis commutatio est partialis dispensatio, quæ est actus jurisdictionis Ecclesiastica, sed absque aliqua causa, nec licet, nec validè fieri potest.

Persona in cuius favorem facta est commutatio in æquale vel minus, potest, si velit, redire ad prius votum, non tamen, si propria auctoritate commutaverit in melius. Votum reale factum *uni Ecclesie*, & hujus nomine ab aliquo acceptatum, non potest a votante commutari in melius faciendum alteri Ecclesie, quia prior Ecclesia acquisivit jus ad eum votum promissum per illam acceptationem. Si opus in quod facta est commutatio reddatur impossibile non tenetur ad prius votum redire.

Plura practica traduntur infra de VOTO Tract. V. cap. 2. §. 3.

STATUS RELIGIOSUS, est status perfectionis per tria vota perpetua acquirendæ ab ecclesia approbus. Ad eum requiruntur, 1. Vota substantialia, eaque perpetua castitatis &c. 2. Traditio sui à votente irreocabili licet